Lad

Inter Choienskie et Wroblewski Quies.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscen. personaliter comparentes Nobiles Albertus olim Felicis Choienski et Catherina Hoscicka coniunx ipsius maritata videlicet cum mariti sui assistentia ab una. Et Nobilis Stanislaus filius Adami Wroblewski parte ab altera sani mente et corpore existentes palam ac liberi recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem de omnibus Causis et Actionibus vulneribusque sibi vicissim illatis protestationibus et praetensionibus quibusque quietant emittunt et liberos ab utrinque faciant. Protestationes et vulnerum obductiones quasvis kassant annihilant et mortificant perpetuo. Personali illorum recognitione mediante.

Actum in Curia Regia Branscensi Feria Secunda in Vigilia festi Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum Anno Domini 1642.

Opęchowskich coniugum Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Famatus Jacobus Bienkowicz quondam concivis Branscen., adpraesens subditus Generosi Joannis Karp Subdapiferi Podla. sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobilibus Simoni Opęchowski incolae Branscensi et Annae Pieczewska invicem coniugibus et illorum legitimis successoribus Aream suam in oppido Branscensi sitam in platea dicta Kozirynek versus flu-

cium a platea publica prout area alia extenduntur sex
sulcorum citra vel ultra inter metas Spatsia Rokoci Ro-
manowskie iacente cum gaio pomario prato horto et
omnibus in genere ac singulis in specie utilitatibus fru-
ctibus proventibus attinentiis Cumque omni iure suo domi-
nio proprietate propinquitati nil sibi et suis successoribus
in eadem area excipiendo seu reservando sed prout so-
lus tenuit habuit et possidebat pura mera sincera ac ir-
revocabili donatione dedit donavit inscripsit et re-
signavit perpetuis temporibus. Quibus iam ex nunc dat
et admittit realem intromissionem tum actuali ac pacifica
possessione per officium competens civile Branscen acci-
piendam. Submittitque se et inscribit eosdem donatarios
suos et ipsorum successores ab omni impedimento iuridico
quarumuis personarum tueri et evincere nec solus pensi in-
iuriari sub eternis poenis simpliciter taxatis. Et coram of-
ficio praesenti Castren sive civili Branscen perempta insti-
omni omnibus in universum iuris remediis et defensionibus
dri alicribendo et abrenunciando. Hac sua praesenti recogni-
tione in praemissis mediante. quam sibi liberare repelluntur.

Wiercienskich Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen
personaliter comparens Nobilis Petrus olim Petri Pietrzy-
kowski sanus mente et corpore existens palam ac libere re-